3466 Herculi | defensori | Papirii. *(in lateribus porca, culter; scyphus, clava; a tergo)* Ἡρακλεῖ | ἀλεξι|κάκωι | Παπειρί|οι.

3467 Silvano | custodi | Papirii. *(a tergo)* Σιλβανῷ | φύλακι | Παπείριοι.

Romae, arae duae (VI 309 vidit de Rossi, 310 vidit Henzen).

3468 Silvano Naeviano | et Herculi | Romanilliano | Calvius | Iustus[1] | d. d.

Romae (VI 645 vidit Henzen). — 1) Fortasse idem qui supra N. 1470.

3469 Hercules | [*i*]nvicte, san[*c*]|te Silvani ne|pos[1],
hic adve|nisti; ne quid | hic fiat mali[2]. |
G. p. R. f.[3]

Romae rep. ad viam Appiam (VI 329 correxit Bormann Eph. ep. 4, 736. Buecheler carm. epigr. n. 25). — 1) Respici fabulam quandam ignotam, qua Herculis mater diceretur filia fuisse Silvani, statuit Mommsen. — 2) Expressi sunt versus Graeci: ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. *Qui et alibi reperti sunt et Pompeiis in pariete inscripti (cf. Kaibel epigr. Gr. ex lap. conl. n. 1138; exc. de sent. sub Commodo, in Dionis ed. Dindorfiana V p. 208). — 3) Genio populi Romani feliciter.*

3470 Hercul. | et Silva|no vex|ilatio l. XIII G. An|[*t.*][1], Aur. Ari|mo v. m. p.[2], | immuni.[3]

In Dacia ad Bezsan montem prope Devam rep. in lapicidinis vetustis (III S. 12565 = arch. ep. Mitth. 13, 1890 p. 196 ed. Téglas). — 1) Vexillatio legionis XIII Geminae Antoninianae. — 2) Votum merito posuit. — 3) Immunis.

3471 dibus | Herculi | et[1] | Silvano | fe.[2] | Primus cu. ar.[3] | pro se et | vexilatione | v. s. l. m.

In Anglia, Hale prope Moresby non longe a vallo Hadriani (Eph. ep. 7, 968). — 1) e t, 2) f e *(cum punctis inter litteras) traditur. — 3) Custos armorum.*

3472 Semoni | Sanco | sancto deo Fidio[1] | sacrum | decuria sacerdot. | bidentalium[2].

Romae, incertum quo loco urbis rep. (dicebatur rep. esse inter colles Quirinalem et Pincium, sed cf. Huelsen mus. Rhen. 1894 p. 410), basis quae sustinebat deum Apollini similem (VI 30994 = ann. inst. arch. 1881 p. 38 descr. Dressel; cf. Iordan ann. inst. arch. 1885 p. 108). — 1) De hoc deo cf. Preller ed. 3 II p. 270 seq. — 2) Decuria sacerdotum bidentalium non memoratur nisi in titulis Sanco dedicatis hoc et iis qui sequuntur, et in fistulis plumbeis repertis in monte Quirinali forum Traianum versus (id est non longe a templo Sanci), quibus inscriptum est dec. sacerdotium videntalium *(praeterea numeri quidam, in una etiam plumbariae nomen; cf. XV 7253).*

3473 Sanco sancto Semon. | deo Fidio sacrum, | decuria sacerdotum | bidentalium reciperatis | vectigalibus.

Romae rep. in Quirinali apud ecclesiam S. Silvestri, est Neapoli (VI 568 vidit Mommsen). Aedem Sanci vel aedem dei Fidii in monte Quirinali, a qua aede nomen habebat porta Sanqualis, memorant Varro l. L. 5, 52; Liv. 8, 20, 8; Paul. Festi p. 345. Cf. Huelsen mus. Rhen. 1894 p. 409.

archive.org